Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



12 124

conuenire omnem populum amimmo usq; admaximum. ⁊ baptisauit eos in
nomine patris ⁊ filii ⁊ spiritus sci in remissionem peccatorum. numero uigini
duo milia. Deinde cum omni populo uenit adtemplum idolorum unde erat
statua iouis. mercurii. diane. ⁊ ueneris. confractisq; idolis dedicauit eclam
ibi in honore sci stephani protomartyris. Beata autem susanna derelinquens
hoc erumnale seculum. suscepta abangelis feliciter migrauit adxpm. Post
cuius discessum beatissima filia uliius ualeria abiens adsanctum martialem
uoto se constringens domino. promisit se permansuram uirginem. Quod uotum im
plere gestiens. cotidie adpredicationem beati uiri pgebat. et uerba salutis
audiebat. Erat enim repleta spiritu sancto permanens die ac nocte moratione. in
uigiliis. in eleemosinis. et omnibus bonis operibus se probabilem deo exhibebat.
ut corde ⁊ corpore uirgo permaneret. Audiens autem quod sponsus suus ste
phanus uenire adurbem lemouicum. et sciens graauiter eum ferre quod uo
tum domino fecerat uirginem se permansuram. omnes diuitias suas cepit pau
peribus erogare. Omnia quecumq; preciosa in thesauris habere poterat aurum
uidelicet ⁊ argentum ac multiplicia uestimentorum genera lapidesq; preciosos
pauperibus distribuit. possessiones enim et mancipia acuernaculos iam
olim cum uenerabili matre sua sancto martiali concesserat. ut post eius dis
cessum. in ibi sancta ipsius membra tumularentur. Que postquam gesta fuerunt
ingrediens stephanus dux lemouicum ciuitatem sponsam suam denomina
tam adse precepit uenire. Exceptus colloquio ac multorum testimonio cum di
dicisset ac pcerto probasset non eam sibi sociandam coniugio. frendens in
imis non eam diuitius passus est secum confabulare. ⁊ furore repletus extra
ciuitatem ductam capitalem iussit subire sententiam. Cumq; duceretur ad
decollationem dixit adtyrannum. Stulte hac nocte moreris. et ea que preparas
ti cuius erunt. Et expansis manibus in celum. sic orauit. Domine tibi comen
do animam meam. Propter hoc enim pgo addecollationem. quia te dilexi. Ex
cuncta famulam tuam domine gloria tua. et mitte mauxilium meum multi
tudinem angelorum tuorum ne ualeat adppinquare diabolus animę fa
mulę tuę egredienti decorpore. Hec ea dicente. audita est uox desuper sumdi
cens. Noli timere o ualeria quia expectant te angeli mei. ut recipiant te in
clarnate quę nullo fine claudetur. Adhanc uocem leta effecta gloriosa uir
go. eleuatis oculis in celum dixit. Domine in manus tuas commendabo spiritum
meum. Hec effata ultro collum extendens. uno ictu capite truncata e. Cuius
animam decorpore egressam fulgidam instar solis uidetur omnes ta xpiani
quam et pagani cum ymnidico concentu angelorum in igneo globo deferri in